

בבניאל

BARDI

SPECIALI CONTEMPLATIONE
DISSERTAT. HAC ALTERA
IN AUDITORIO LUBENENSIMUM MAJORE
ARGUMENTORUM ACCESSIONIBUS ET CONSIGNATIS
ET AUDIENDIS

DIE XIII APRILIS MDCCXXXIII.

H. L. C.

ULTERIUS AMPLIFICANDI ILLUS RABUNTUR.

ERGO QUO

ACTUS ISTE ORATORIUS

EO CLARIOR EOQUE SOLEMNIOR

REDDATUR,

ILLUSTRISSIMUM, EXCELLENTISS.

ITIDEM AC MAGNIFICOS UTRISQUE

IN PROVINCIA LUSATIÆ INFER. AREOPAGI

SUPREMI

VIROS SUMMOS AC DOMINOS

PRÆCIPUOS, PROTOMYSTAM

SINGULATIM M. R.

UT ET

CIVITATIS PATRES CONSULARES

ET UNIVERSI CONSENSUS SENATORES GRAVISSIMOS,

MAXIMOPERE COLENDOS, OMNES PARITER AC SINGULOS

ARTIS LITERARIÆ

PATRONOS, FAUTORES ET AMICOS

HONORATISSIMOS, DILECTISSIMOS

AD AUSCULTANDUM ET FAVENDUM,

EO, QUO JUS, QUOQUE FAS EST, OBSEQVIO AC STUDIO


INVITAT

M. JO. ADAM TSCHORNIUS,

RECT.

L I P S I Æ,

EX CHALCOGRAPHEO TITIANO.





Equum postulat, ut stantes promissis de BARDIS adhuc perlustranda repetamus, quaque veritatem facere possunt, argumenta adjiciamus. Ubi cum primo Jo. Augustin. Egenolfus in animum incidit, Druidum in BARDIS & Scaldis eodem fuisse arbitratus. (1) Accedit Philipp. Cluverius, statuendo haud dubius: Bardos Cantorum atque Musicorum vices apud Germanos subisse. (2) Superfinthe adhuc eorum Poemata, Cantiones Magisteriales, *Meister-Gesänge* dicta, in diversas abeunt sententias. Negat quidem illud Just. Christoph. Dithmarus; (3) affirmant autem Olauus Rudbeckius, Aventinus & Cranzius. Quibus cum etiam celeberrimus Jo. Hübnertus facere videtur, limitando, prima eundem temporis tractu interisse, nonnullis ab interitu vindicatis, quae tamen aut difficulter legantur, aut plane non intelligantur. (4) An vero BARDI auctores sint: hoc vocabulum CANERE sensum diversum tam in oratione soluta, quam vincita invenitur, varietate apud varios legatur, eum in modum, ut Musa non minus, quam sigilla apud Florum de rebus Rom. passim (5) Poetae, praecones & signa CANERE dicantur, verum simile est. Nil obstat, quo minus elegantis libelli mentionem faciamus, abs Petro Da. Hueticio de Fabularum origine juris publici facti, ubi p. 4. perfradere conatur, eorum usum jam tum apud BARDOS viginisse. Verum tamen fine labe eoque graviore criminatione non fuerunt, censores adeo iniquos passi, ut praeter reliquos Olauus Rudbeckius (6) vim veritati luculentissimam facere non erubescat, omnia in contrariam & absurditatem maxime consonam partem detorqueans, asserendo, quae Tacitus de Praefcis BARDORVM carminibus memoriae prodiderit, de Svecis, minime vero gentium de Germanis assumenda esse atque interpretanda. Nec solus hic est, de BARDORVM laude detrahere ausus; verum ad ejus etiam partes transire, Adrianus Valecius religioni sibi non ducit, & à B. Morhofio in censura ideo jure meritoque pudere jubetur, quod BARDOS cum scurris contulit. Faustum inde sit, ut stupiditatis vitio & absurditatis crimine infamulati fuerint, atque ex Graeco *Bardobis* (7) per Metaphesin, Graecis frequentissimam, adeoque tardi, hebetes ac stupidi adpellari consueverint, non satis constat. Confecta tamen res est, quod hunc ad locum tum Plautus, (8) tum Cicero (9) respexisse videatur. Quorum alter ita verba facit: Quicumque ubi sunt, qui fuere, quique futuri sunt, posthac stulti, stolidi, farni, fungi,

(1) Operæ pretium est, animi sensu, quemadmodum in Historia ejus linguae Germ. luculenter profant, Lips. 1720. 12. p. 19. ap. Joh. Chr. Martini ed. prolixius hic addere: Cum facile adpareat, praefcis temporibus non Germanorum omnes artem legendi & scribendi calluisse, quinam eorum ejusdem non expertes fuerint, merito inquirunt. Quod quidem cum praecipue affirmandum sit, de Druidibus, BARDIS & Vatribus sive Scaldis, hos non nisi unum genus fuisse docetur, inque Gallia & Britannia dictos ipsos esse Druides, in Germania & Belgio BARDOS, & in Scandinavia vel Scandia Scaldos vel Vates, simulque scitu quae maxime necessaria sunt, de eorum institutis vivendi & docendi ratione, adducuntur. Per Carmina BARDORVM historias gentis & vitas praecipue heroum literis runicis conscriptas, usque ad tempora Wastbaldi, Hunibaldi & Otrfridi multas superfluisse & hodiernum superesse pauca eorum fragmenta. Quod Scandinavia sola excepta omnem per reliquam Europam & praecipue in Germania extirpata sit literatura runica, duas praecipue subesse causas, nempe Christianismum, cujus conditores in eo toti fuerint, ut omnia superstitionis reliquia vestigia, praecipue vero runas, quibus ad magicas artes multum abusus esse, prioris temporis homines noverant, & nimum latine linguae usum & amorem, qui infinita intulerint damna linguae Germanicae. Ad literas denique runicas ipsas proceditur, quibus Germani a primo suo ex oriente adventu ad dicti Wastbaldi, Hunibaldi, & Otrfridi tempora usi fuerint, ubi affirmatur, Runas sive Japeticas literas omnium esse antiquissimas; ab initio earundem non nisi undecim vel duodecim fuisse, tres vocales, & reliquas consonantes, quae, quomodo videantur ceteras procreasse, & inter se permutari possint, ultimo loco inquirunt. Dolet Auctor, per correctoris incuriam, tot tantisque vitis libellum cumulatam esse, ita, ut multis in locis vix sensus erui possit. Quare etiam catalogum potiorum typographi vitiurum addi curavit, V. Acta Erud. Lips. Lat. M. Mart. 1721. p. 143. seq.

(2) T. I. Germ. Antiquae. C. XXIV. p. 199.

(3) Hist. P. P. Fref. in Dissert. de Vett. Scriptor. Germ. Defectu, 15. Jul. 1713. hab.

(4) T. V. Hist. Pol. p. 8. 9. Quem loc. jamjam in Progr. de Vatribus & Bardis vide pluribus.

(5) Speciatim L. II. & XIX. item Juslin. in Historia Trogi Pompegi L. VII. C. VI. p. m. 130.

(6) Sicut in Hist. literaria cum laude versatus Jo. Casp. Læscherus D. Theol. Rochlic. in MSC. refert.

(7) Leg. sigillatim vocab. hoc. Luc. XXIV, 25.

(8) Bacchid. Act. V. Scen. I. (9) De Fato.

fungi, BARDI, & c. Sic autem alter mentem explanat: Zopyrus stupidum Socratem dixit esse BARDORVM. Quæ sedes genuina quodve BARDIS domicilium fuerit proprium, auctores non conveniunt. Eos namque in Stormaria atque Ditemaria Holsatorum regionibus præcipue & habitacula sua habuisse, Adam Bremenfis, Hebnoldus æque fuerunt auctores. A quibus vero e Diametro distant & Elias Schedius (10) & Cyriacus Spangenbergus (11) in Bardovico urbe in Saxonibus antiquissima, perampla quondam, & commercii florentissima, falinis itidem ditissima, sed vero salutis anno M CXXCIX. a Duce Sax. Henr. Leone, Augustæ Brunsvicensium familia conditore (12) devastata, funditus everfa, solo æquata, ac tandem in vicum redacta, prope Luneburgum, ejus decremento incrementum suum capiens, sed non fixam BARDORVM geni facientes. Equidem nos non fugit, extare in cetera etiam Casp. Sagittarium, (13) pugum Bardingam BARDORVM patriam legitimam esse, Patruentem, quem olim Bardovicum fuisse rati sunt. Quo de is urbis historiam antiquissimam (14) septem Capitibus complectitur, ubi C. II. traditionem vulgarem secutus: Bardovicum nempe urbem mille propemodum annis ante Christum natum conditam esse, remque accuratius disquirendo, veribus, & adibus Basilicis hodiernum inscriptis maxime nititur.

A BRAM dum natus, mox TREVIRIS incipit ortus,

Hic annis BARDWICK mille sex, X quoque quinque,

Post Bardwick ROMA, duo C. cum quinque triginta.

M. C. post Natum, junctis octoginta novemque,

Dum Brunsvicensis Dux HENRICVS LEO dictus,

Simonis in Festo BARDWICK subvertit ab alto.

At enim vero toto ab hac sententia cælo Morerius differt, diversa hac prorsus atque adeo peculiari ductus ratione, BARDOS in Burgundia, in monte sigillatim Barthii, qui ea quoque de causa BARDORVM montis adpellationem trahat, habitavisse. Omnino res notatu quam maxime digna foret, si Hofmanno fides facienda, opinanti, quod apud Vallos in Briannorum regno adhuc superfint, qui & hodiernum BARDI dicantur; (15) dubium vero, an isti pro præfectorum reliquiis existimenter. Notent, quorum interest, quod apud Druides, Vates atque BARDOS fuerint, qui doctrina & nominis claritudine & polluerunt & eminerunt, atque illorum primi præcipue habeantur Votienus Montanus, Domitius Afer, Gabinianus, M. Aper, Jul. Florus, Jul. Secundus, Nazarius & Nazarii filia Eunomie, Eumenides, P. Terentius Varro, Atacinus, Phavorinus, Latinus Pacatus, Rutilius Numantianus, Aufonius, Gratiani & Valentiniæ Præceptor, alique plures. (16) Præterea Auctor anonymus Animadversion. Criticæ de Arte Poet. adnotat, (17) omnes nationes, apud quas in usu versus rhythmicæ fuerint, BARBARAS, vel saltem eo ævo tales fuisse atque illiteratas, cum artem poeticam ceperint. Addit & hoc, Latinos Versus Leoninos (18) seculo octavo introductos fuisse, jam barbarie regnante, eosdemque statim disparuisse, quam primum lux literarum seculo XV. orta fuerit. Quod restat denique observandum venit, BARDOS Gallorum a Parthiæ, Parthiæ regni Asiaticæ, Mediam inter & Hircaniam incolis, Scytharum progenie, imperii Persici successores (19) probe discernendos esse, quorum sedes aut regio propria Hircaniam inter & Carmaniam inclusa tenetur, Ariæ abortu, Mediæ ab occasu solis opposita, hac vero

) 2 atate

(10) De Diis Germanor. five de Vetere Germanor. Gallor. Britannor. & Vandalor. religione Libell. in 8vo. Amstelod. 1648. ed. alia quoque eaque varia factorum Megapolenfium in MSC. reliquit, quæ autem temporis tractu & hominum incuria interiere. V. Bibl. Hist. H. Cent. II. Art. LXXIV. p. m. 272.

(11) Leg. Jo. Georg. Leuekfeldii Historia Spangenbergens. Germ. Quedlinb. 1712. ed. vitamque Cyr. Spangenbergii describit. in Bibl. H. H. C. I. A. XLI. p. m. 127. seq. ut & Cent. IV. Art. XX. p. m. 95. sq.

(12) Conf. B. Jo. Schulzii Rect. olim Lubenens. Progr. de Lusatia sacra p. 5. Contr. Sam. Schurzfleischii Disp. de Henr. Leone Vitemb. 1675. 3. pl. hab. Jo. Fr. Schmidii Diss. Hist. Geogr. de Henr. Leonis Itinere Hierosol. Helmstadii 1701. II. pl. hab. ut & B. Godofr. Hechtii Commentar. de Henr. Guelfi Insignibus Gentilitiis. Leucoreæ. 1715. 10. pl. ed. it. Bibl. H. H. C. III. A. 76. 77. p. m. 265. seqq.

(13) In Hist. sua antiquiff. Urbis Bardovici 1674. Jen. I. Alph. & 8. pl. ed.

(14) ibid. & in Bibl. H. H. C. V. A. 65. p. m. 235. seq.

(15) In Lexico universali.

(16) Bignon du R. de Fr. L. II. it. Lanfius in Orat. pro Gallia p. m. 177.

(17) Quas idiom. Gall. inscribit: Reflexions Critiques sur la Poësie. &c. Paris. ap. Jo. Mariette 1719. 12. maj. Alph. 2. pl. 6. ed. Conf. Aët. Er. Lips. M. Jan. 1721. p. m. 48.

(18) Leonini versus qui sint, vid. fis. in Scalig. L. III. Poet. C. XXIX.

(19) Curt. L. VI. C. II. §. 14. p. m. 274. it. Justinus L. II. C. I. & L. I. C. XV.

FK 11 28 x 3376365
aetate Perfarum provinciam Arack vel Arakazem continens. (20) incolaeque ortum
trahant, quas aequè aut quantas res gesserint, Justinus illud in ... rolixius explicat. (21)
Quorsum etiam haut incongrue refertur, quod alicujus mome ... et ideo literarum cul-
toribus ingratum erit, atque tempore accidit, quo Julianus ... ara Imper. Rom. telo in-
terfectus fuit: Eutropium nimirum notissimum, Constan ... referente sic Codino, temp-
oribus, Secretarium, auctorem alias Breviarii Hist. Rom. celeberrimum (22) anno Sal.
CCCLXIII. adversus Parthos dimicasse. Quo speciatim anno, qua in terra aut natus, aut de-
natus, utrum natione Græcus, an Romanus, num ex pagano, an vero Christianorum
grege fuerit, id satis compertum non habemus. Quum Parthi passim quoque in sacris non
minus, quam profanis occurrunt, cum & cetera in primis Apostolorum, (23) tum ex monumen-
torum profanorum Scriptoribus Tacitus, Justinus, Florus, Svetonius, Curtius, Vellejus Pa-
terculus præ reliquis legi mereantur, quibus nos plurimum de rebus Parthis credendum ar-
bitramur. Hæc in præfati de Bayis disserenti sufficiant, cum sint animo quidam, in dolis
frontisque bonæ partim & optimæ discipulorum, qui sermonibus aliquot argumenta argumen-
tis addendi licentiam expectare, quò habent, ut Wülcknium hæctenus suum, B. Viri. S. R. D.
Christiani Wülcknii, Paf. Prim. & Superint. apud Juterbochenfes, filium, ab omni parte dile-
ctissimum, æque ac supra septennium de virtutis ac litterarum opera bonorum cultibet
commendatissimum, ultima tandem e Rostro nostro verba, gratum animum testandi, factu-
rum, bono omine & voto comitentur. Qui ordine sic spectantur:

T. H. ABR. DIETRICH. Francof. Eruditionem, quæ ad soliditatem magis, quam sapi-
entiam perducit, canè pejus & angve fugiendam esse, ex Latio verbis statuet.

JO. WUSCHISCH. Lub. Muficæ arti magnam vim & operationem tribuet. Serm. Lat.
SIGISM. ERNEST. DIETEMANN. Gollena-Luf. In perstringendis vitiis, filium
Satyricum sæpe numero severo plus proficere, sentiet. Vernacula lingua.

JO. SAM. MULLER. Luben. Principi & bono civis magistratui Scholas sedulo cu-
randas esse, eruditorum idiomate demonstrabit.

JO. TINOVIUS. Prif. Artium doctrinam, qua memoria obruitur, valde noxiam exi-
stimabit Lat. orat.

CHR. ANDR. FLECK. Herzbergensis. Sententiam erroneam cum periculo & salu-
tis & vitæ tueri, impium ac Diabolicum esse, Strophis confirm.

CHR. TESMAR. Bescov. Artium peritiam sensus debilitantem ac destruentem ceu no-
xam gravissimam evitandam Lat. monebit.

MARTIN. CHR. GERASS. Lubenens. Muficam, artium liberalium principem esse,
probabit. Or. Gr.

CHRISTIAN. GOTTL. WÜLCKNIS. Juterbogenf. Caroli V. Plus ultra: suum
faciundo, Vale Mufis nostris dicet Ultimam. Orat. Lat. Postquam annos septem, &
quod excurrit, subsellia discipulorum nostra in lingvis, artibus, quæ ad humanitatem per-
tinent, & moribus addiscendis, naviter presit, ac omnia ita obnixè fecit, ut dibaphum
nunquam cogitavit, nec peregrinum, ut solent, quos insector moratur, pro optimo pu-
tarit, adeoque bonorum singulorum gratiam, missionem interea expectans legitimam,
sibi conciliarit, qua ut & Lipsiensis, suum jam biennium in Albo agnoscentes, & reliqui
eum complectantur speramus itidem ac divinitus vovemus atque precamur. Quare

CAR. GODEFRID. SCHUBART. Dresd. Rectoris nutu atque nomine eundem in
omnis felicissimi tesseram, omnigenæ prosperitatis voto & Carmine Eleg. Propempti-
co prosequetur.

Quorum conatibus ut faveas, quosque ipsos præsentia Tua honorifica non minus, quam au-
dientia benevola digneris, Tuæque nostris vota votis jungas addasque, Honoratissime Lec-
tor, quæsumus humillime æque ac officiosissime rogamus. P. P. Lubenæ in Lufatis.

Festo Paschatos. M DCC XXIII.

(20) Conf. Chr. Cellar. Descript. orb. antiqui C. XXXIII. p. m. 217. it. Staats-Lex. p. m. 1182.

(21) Sigillarium L. XL. & XLII. Hist. Trog. Pomp.

(22) a Cellario Cizæ 1678. & Jen. 1678. Græco-Lat. 8. Hispan. 1561. 8. Antverp. Britan. 1564. 8. Londini
& Gall. lingua 1601. Paris. 12. ed. Conf. Guil. Dan. Moller in Dissert. de Eutropio, 1685. in Acad. Alt-
dorf. hab. ubi 20. spec. Editiones Eutropii recensentur. Editio novissima auct. M. Gabr. Schuman-
no lucem affexit 1715. Halæ Magdeb. B. H. H. C. II. A. VI. p. m. 45.

(23) C. II. 9.

בבית

BARDI

SPECIALI CONTEMPLATIONE
DISSERTAT. HAC ALTERA
IN AUDITORIO LUBENENSIS MAJORE
ARGUMENTORUM ACCESSIONIBUS ET CONSIGNATIS
ET AUDIENDIS

DIE XIII APRILIS MDCCLXXIII.

H. L. C.

AMPLIFICANDI ILLUS RABUNTUR.
ERGO QUO

STE ORATORIUS

IOR EOQUE SOLEMNIOR
REDDATUR,

SIMUM, EXCELLENTISS.

MAGNIFICOS UTRIUSQUE
IA LUSATIÆ INFER. AREOPAGI
SUPREMI

MMOS AC DOMINOS

UOS, PROTOMYSTAM
SINGULATIM M. R.

UT ET

PATRES CONSULARES

SESSUS SENATORES GRAVISSIMOS,
LENDOS, OMNES PARITER AC SINGULOS
ARTIS LITERARIÆ

FAUTORES ET AMICOS

ISSIMOS, DILECTISSIMOS
ULTANDUM ET FAVENDUM,
OQUE FAS EST, OBSEQVIO AC STUDIO

INVITAT

DAM TSCHORNIUS,

RECT.

LIPSIÆ,
ALCOGRAPHEO TITIANO.

